

hac de re inveniuntur interpretationes. E Pontif. Bell l. 3. d. Incarn. c. XV. p. 418. B. intelligit per dextrā DEI, beatitudinem æternam (pro se citans Aug. l. d. fid. & symb. c. 7. & l. d. agon. c. 26. Hieron. in Eph. 1. Busa. th. 106. contr. Gerlach. c. 10. p. 247.) quia apud antiquos, aīē, sedere à dextris erat minus honorificum, quàm sedere a sinistris, ut probat Anton. Nebriffens. in expl. L. Script. quod pluribus etiam exemplo Petri in sigillis plumbeis & antiquis picturis in sinistris positi, d. l. illustrat. Chassaneus, eādē fermē ratione in catal. glor. mundi P. 3. confid. 3. ex hoc, quod Filius sedeat ad dextrā, probat Spiritum S. sedere ad sinistram, intellige non secundum majoritatem aut minoritatem, sed juxta sedes naturales. Idem voluit Ingolstadiens. in thesib. confut. D. Andr. oppos. & a Sacrament. A. 1571. ed. th. 6. sed Resp. Neg. Sinistram esse honoratiorem dextrā. Honor ille potius dextræ attribuitur, tum ob fortitudinē, in dextrā enim maximum est robur, ut e Job. 30. 12. probat I. Drus. in Schol. ad 1 l. p. 671. tum ob agilitatem, tum ob agendi commoditatem. Hinc dicitur οὐρανὸν ἰσχυρόν. Consentiant nobiscum Turneb. in adversar. Tiraquell. de jure primog. & Maldonat. apud Rivet. Comm. Psalm. Propb. p. 581. ut & Petr. Ravanell. in Bibl. sacr. A. XLVIII. ed. P. 1. p. 450. V. Dextr. Hæc ergo Jesuitarum assertio imminuit gloriam & majestatem Christi ad dextram Patris sedentis. Extollit 2. Papæ, quia semper a sinistra Petrus pingitur, contrariatur 3. Scripturæ, eamq; secutis Patribus Athan. T. 2. ad. Antioch. p. 332. Cyrill. Thes. l. 12. c. 14. Orig. tr. 23. in Matth. Damasc. L. 4. O. F. c. 2. Locus maximè honorificus est sedere a dextris, ait Burgens. in Matth. 22. ut & Lips. l. 1. Elector. c. 2. Deinde dextra DEO attribuitur, non κρηῖος, uti concludit. Chassaneus, quasi certo sit hæc dextra inclusa loco. DEUS enim est מקום ut a Rabb. vocatur, h. e. exponente Elia Levit. in Thesbit. DEUS ubiq; locorum est, nec locus eum capere potest sed ארם ut Hebr. monent h. e. humano more, cum in dextrā omnis vis sita sit. Est Ergo dextra DEI nil aliud quàm DEI omnipotentia, vel ut D. Calov. in Theol. N. & Rev. contr. Crell. §. 207. p. 161. loquitur, est ipsa divina natura. Thom. P. 3. q. 58. art. 2. Greg. d. Val. T. 4. Com. in Th. D. 2. q. 6. p. 2. intelligunt per dextram summam, secundum DEUM, Christi beatitudinem creatam, sed multo rectius Basil.